

uarr. id innuentem in cap. Alma mater. I.p.  
§. II. nū. 15. prope finem. **Q** uia licet  
caput. Eos qui de Sent. excommuni. in 6.  
tancum exprimat concedi Episcopo casum  
etiam publicum percipientis Clericum,  
quando est impedimentum, ita quod talis  
non possit iudicio probi viri recurrere ad  
Papam: ratio tamen illius textus militat  
in omni casu Summo Pontifici reseruato.  
Nihilominus concludi rem esse dubiam,  
atque ita Cordubam in Sūm.q. 18. negare  
sic impeditum posse absolvi ab Episcopo, nī  
si in periculo mortis. Idem tenet Innocen-  
tius, Ancarr. Cardinal. Abbas, & alij quos  
citat Magister Canonistarum Nauarro ubi  
supra, Siluest. Absolutio. 4. q. 4. & Ab-  
solutio. I. nū. 8. Et eruditissimus Doctor  
Ioannes Gutierrez, loco citato. num. 27.  
cum Concilium loquatur in occultis, &  
in foro conscientiae dumtaxat. **Q** ui cap.  
I. num. 58. &. 59. docet excommunicatum  
absoluendum esse in mortis articulo à quo-  
libet Sacerdote, iuxta id quod diffinitur in  
**C**oncilio Tridentino Sessi. 14. cap. 7. in hæc  
verba. Veruntaniē pie admodum, ne hac ipsa  
occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia